Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Librae Gradibus. Cap. 10

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

30

Vltimus, ſeù trigeſimus iſte gradus, homines eleuati cerebri, & voluti inſanos, ſine diſcurſu, & ratione, promittit, quod tunc confirmabitur, cum omni, Lunæ Mercurij, & Martis denudabitur aſpectu, ſi vero per diametrum, vel tetroganum cum Saturno fuerit illoſq; inſpicerent gradus aſcendentis cum illis radijs peſſimis, omnium mente capti erũt; horum gradum ſtella eſt Martialis.

De Trigeſimo Libræ Gradibus.

Caput X.

DOmus eſt Veneris Libra, ſignum maſculinum aeris naturæ nempè calidum, humidum. Hic exaltatur Saturnus, ſignumq; mobile eſt primum agreditur gradum eius Sol, & æquinoctium perficit hyemale, 21. Septembris, ac decreſcere tunc incipit dies, ma-

ioremq; reddi noctem, in tali ſigno moram facit Sol à die 21.Septembris,vſq; ad 21.Octobris,cuius indicationes ſunt.

1

Primus gradus Librę pro aſcendente; homines pulchræ formę, & valdè gratioſi aſpectus, pulchræ gulæ, verum Saturnus in gradu prędicto cum maleficus ſit Planeta, reddit illos ſapientis, Iuppiter, vel Venus, aut eorum benefici radij, amabiles eos facit, magni ingenij, magneq; fortunæ, Venereæ naturæ eſt ſtella huius gradus.

2

Probæ diſpoſitionis, aptoſq; in omnibus peragendis inclinat ſecundus iſte gradus homines, fidem quibuſcunq; præſtabant hominibus eis aliqua dicentibus, aſpectus pulchri, melioriſq; formæ, at ſi in hoc gradu fuerit Mars,

in Martem transformabuntur, ſi Sol, in Solē, igitur gradus iſte, quam comitatur ſtellam ſequitur, hoc itaq; modo intelligatur hoc, ſecundus Libræ gradus in aſcendente cum 2. gradibus Martis, vel Sol, aut quæq; alia ſtella, quæ ibi ad fuerit, quamquam fęmineus erit Planeta, in fœminam transformatur, hi homines luxurioſos inclinat gradus, atq; vitioſos in eorum iuuentute, cum natura Saturni, Mercurij, & Veneris horum graduum ſtella coincidit.

3

Homines bonos pulchroſq; Sacerdotes, iuſtos, ſanæ complexionis, & longæ vitæ futuros hic prædicat gradus, veruntamen Iouis, vel Veneris pręſentia, aut amantes oculi, exiſtimabuntur multopere, ac ſi pręlati fuerint, Mercurij, & Veneris hæc ſtella naturam conſequitur.

4

Muſicos perfectiſſimos facit homines, at Iouis præſentia, vel Veneris, aut benigni illorum radij, illos demonſtrabit excellentiſſimos, quibus vtentur Reges, & magni domini, ita Mars ibi præſens, vel Saturnus, aut aſpectus eorũ praui, faciunt illos infirmos, mendicos ineptoſq; cum Veneris, & Mercurij eorum aptatur ſtella natura.

5

Homines demonſtrat dicatores, ac diuites, atq; cum dominis magnis, & Regibus fortunatos, veruntamen Martis, vel Saturni, ſi gradus iſti ſubſtinuerint præſentiã, vel aſpectus maleficos, pauperes, & apud Dominos ineptos præſcribit, verum vna ex duabus fortunis in aſcendente, dominium, eorumq; augebit diuitias, Mercurij, & Veneris imitatur illorum ſtella naturam.

6

Reddit gradus iſte mercatores homines, & maximorum negotiorum peractores, quam ob rem erunt diuites, tamen ex duabus fortunis vna, aut aſcendẽtem, ſi aſpiceret benigno oculo, erunt eorum patris negotiatores maiores, cuius ſuſcitat oppoſitum vnum ex duobus infortunijs in tali loco, peioreſque fuerint, ſi Mars in ſeptima, vel aſcendente, ac in ſeptima quoque Saturnus, Mercurialis, & Veneris naturæ eſt hæc ſtella.

7

Homines mercatores, & negotijs deditos docet, at Iouis, vel Veneris præſentia, fortunatiſſimos indicat homines, ſi Saturni, ineptos, ac mendicos, ſi Martis, ab eorum capiti erunt inimicis, & illorum fient mancipia, at ſi eſſet vnum ex infortunijs cum aſpectu malefico in aſcendente, vel cum luminaribus, mor-

morte mala morientur; Saturnum imitatur, Martiſq; naturam.

8

Aquę deditos demonſtrat hic gradus homines exercitijs, ac balneorũ Curis, ac ſimilibus, ibiq; tamen ſi vnum ad fuerit ex infortunijs inepti fuerint, ac mendici, Iouis, inquam, vel Veneris præſentia, aut amans oculus, fortunatos, multiſq; plenos diuitijs futuros denotat, Saturninæ, & Martialis eſt ſtella naturę.

9

Perſpicacis homines facit ingenij, & profũdæ doctrinæ, ſi vero Iouem, vel Venerem annexum habuerint erunt fortunati, & propter eorum doctrinas ſublimes agredientur gradus, at ſi Martem habuerint cum aſpectu malefico, erunt inepti, parumque illis doctrinæ proderint, ſi Martem, omnium erunt primi manuũ

lu-

luſores terræ, at Mars in aſcendente, & in ſeptima Mercurius, falſi faciles aſſertores fuerint, partialeſque.

10

Figurat hic gradus homines gratioſos, ſed laſciuos quam maxime, & impudicos, eorũ ducent multopere otioſam vitã, & luxurioſam, at vnum ex duobus infortunijs in gradibus prædictis, aut malefici radij, ſi illos aſpexerit, violentam expectabunt mortem, at Iouis, vel Veneris aſpectus benefici, eos facit laſciuos; Martialem hi gradus, & Saturninam detinẽt ſtellam.

Ma-

11

Malæ, ac peſſimæ naturæ præfigurat talis gradus homines, erunt hydropici, & corporis tumefacti, ſi quæ gradus iſti beneficos fortunatorum Planetarum haud demonſtrabunt oculo, mala morte morientur, & præcipuè hydropici, ſi cum aſpectibus prauis, eorum mors in iuuentute fuerit, vel prima ætate, qui gradus ſi Iouis, vel Veneris benignum ſuſceperint aſpectum, tales fugerent inclinationes peſſimas, Martis, Saturnique eorum ſtella amplectitur naturam.

12

Eleuati multum, & perſpicacis ingenij erunt homines, profundi, & purgati iudicij, quod augebitur, ſi Iouis, vel Veneris ſubſtinuerint præſentiam, aut ſi per trigonum, vel hexagonum fuerint, oppoſitum vnum ex duobus infortunijs demonſtrat, alterumq; in ſeptima, vel retrogano, naturæ Veneris, & Mercurij eſt illorum graduum ſtella.

13

Nunc homines pulchros, probos, religioſos, iuſtos, ſanctos, & magnis decorabuntur officijs, diligenterq; in illis iudicabunt, Regibus erũt amici, at ex duabus fortunis vna, vel eorum aſpectus benefici duceret eos prælatos, & longæ vitæ, ſi Mars, vel Saturnus cum oculo turbido, eorũ auferuntur honores, & dignitates, atq; infortunia induceret.

14

Imaginum formatores Sanctorum, & iuxta beneficum, vel infortunati fuerint, at vero omnibus dimiſſis talium graduum bonis maliſque radijs, erunt tantum, vt ſupra cum Mercurij, & Veneris natura hæc ſtella coincidit.

15

Inclinat hic gradus homines ſteriles, verum Iouis, vel Veneris pręſentia, illos efficit fortunatos, ſi ſit per trigonum prædicti, vel hexagonum, filiorum exhibent generationem, quam Mars, & Saturnus generationē prohibet, vexationeſq; exhibet, qui Veneris naturæ ſtellam gradus habent.

16

Mercatores facit homines externarum mercaturarum, verum in gradu prædicto Luna, eos reddit fortunatos, tanto magis, ſi Iouem habuerit, ſi per trigonum, vel hexagonum cum aſcẽdente, idem indicabit, vt coniunctio, oculi vero Martis inforrunia bonorum amiſſionem, ita per immerſionem in aquis, vt ab inimicis denorant, illi vero Saturni radij malefici, eos mendicos ſuſcitabit, infortunatoſq; Veneris Martiſq; eſt eorum ſtella naturæ.

17

Perſpicaciſſimi fuerint in hoc gradu ingenij homines, & ſcientificos, Lunaq; ſi in Septentrionali erit parte ibiq; optime recõdita cum beneficis radijs ſuę figurę duarum fortunarum multo plus doctrina pleni fuerint, & ſecretarij officium poſſidebunt, Martis, & Iouis eſt eorum graduum ſtella naturæ.

18

Homines inclinat ineptos, & infortunatos ſatis, ſi vero gradus iſti Iouis, Veneriſq; priuabuntur præſentia, at benefico oculo illos perſpicerent, vel in aſcendente vnus, & in octaua alter eſſet, Regum iuſſu laqueo ſuſpenderentur, Venus in aſcendente, & in coniunctione Mars, ſimiliter talē indicabũt mortem Martis, & Veneris naturam eorum ſtella ſuſcipit.

19

Hic docet gradus ineptos, infortunatos, ab exulibus captos, & latronibus homines, veruntamen duarum fortunarum beneficos radios ſi non ſubſtinuerint, talem ob cauſam periclitabuntur, vnum vero ex duobus infortunijs, vel prauus aſpectus eorum, eorum mortem prædicit violentam, Veneris, Martialiſq; eſt illorum ſtella naturæ.

20

Speculatiuos multum, magnoſque Phyloſophos iſte gradus permittit homines, tamen Martis, vel Saturni præſentia, illos facit ſteriles, nec habentes filios, cuius omnino ſignificabit oppoſitum in his gradibus, ex duabus fortunis vna, quoniam non ſolum ſecundos, verum in eorum officijs excellentes connotaret illos, maioriq; ditatos fortuna, hic quæ ſtella configurata eſt, Mercurij, & Veneris ſuſcipit naturam.

21

Homines facit mathematicæ deditos, ac geometriæ, tales vero gradus, Iouem, vel Venerem ſuſceperint, vel horum oculos amantes, fortunati, & ob talem cauſam exaltati erunt, ſi loco fortunarum, ibi ad fuerint infortunia, anguſtia, & miſeria implebuntur, ſtellam naturæ Mercurij, & Veneris habent.

22

23

trigonu
morien
imitatu

22

Parum fortunatos inclinat homines, cumque gradus iſti aſcendentes non fortunatos ſuſceperit Planetas, ab alto cadendi periclitabuntur; Veneris eſt naturæ ſtella

23

Homines magnos futuros eſſe Dominos gradus iſte portendit, hi multo ſinent in eorum morte viuos filios, cũ tamen fortunatorum Planetarum beneficos connotabũt aſpectus, ſi vero vnam ex fortunis non habuerint per trigonum, cum gradu aſcendenti, ob ferri ictũ morientur, Iouis, & Veneris iſtorum ſtella, imitatur naturam.

24

Gradus hic vigeſimuſquartus, homines, mercaturarum externarũ negotiatores prędicat, in longinquis negotiabunt regionibus, & Mars in coniunctione partili cum gradibus iſtæ 24. Libræ, vel in oppoſitione, in aquis morientur, vel ab eorum capientur inimicis, horum ſtella graduũ Martis, & Saturni naturam conſequitur.

25

Vgeſimusquintus iſte gradus, fabros metallicos homines, ſeu ferrarios deſtinat, cum vero duarum fortunarum aſpectu carebunt, ineptos, & miſerabiles, eoque magis, ſi cum Venere Martem turbatum habentem oculum receperint, aut cum Saturno; Martis ſtella illorũ, & Saturni naturam ſuſcipit.

26

Telæ contextores in hoc gradu 26. fuerint homines, qui ſi duarum fortunarum aſpectus beneficos non retempſerint, pauperes eſsēt, ineptiq; in eorum mercaturis omnibus, ac prę cipuè, ſi priuata erit Luna benefico radio cũ Mercurio, nam erũt inſani, Saturnina, Martialiſq; hæc eſt ſtella.

27

Homines docet aromatarios manuales; ſi vero tales gradus amantes receperint Iouis, & Veneris radios, tunc erunt diuites fortunatiq; in illis exercitijs, at Martis turbatus in illis oculus, vel Saturni, illos efficit mendicos, in malo aſpectu Mars, indicat ignem, Mercurius cum Sole, vel Luna, aut fortunis, maxima prędicit lucra; Venerea eſt ſtella.

28

Euadent ſob huius gradus inclinationem homines venturoſi diuites, amabiles, Sacerdotes, templorumq; cuſtodes, at Iuppiter, vel Venus, vel eorum amãtes oculi, eos vocet prælatos, at Mars, vel Saturnus, vel malos mittentes radios, ulla veſtientur dignitate, eorum inimici illo perſequentur; Veneris, & Mercurij naturæ eſt ſtella.

29

Homines iuſtos ſuſcitat, & benignos, deique, & proſſimi amatores, tamen præſentia vnius fortunæ, vel benignus oculus, docti erunt, & decorabiles, omni implentur bonitate, verũ maleficus Martis; vel Saturni aſpectus, haud proba fuerit eorum vita, Iouis, Veneriſq; eſt ſtella naturæ.

Fa-

IGN.
huius gra-
tionem ho-
turoſi diui-
es,Sacerdo-
orumq; cu-
Iuppiter,vel
corum amã-
, eos vocet
at Mars, vel
, vel malos
dignitate,eo-
neris,& Mer

ſtos ſuſcitat,
os,deique, &
amatores,ta-
ſentia vnius
vel benignus
octi erunt,&
les, omni im-
onitate, verũ
Martis; vel
ſpectus,haud
Veneriſq; eſt

Fa-

30

Facit homines vitioſos, trapulatores, mendaces, loquaceſq; at beneficarum ſtellarum aſpectus, ſi gradus ipſi non receperint, tunc violenta morte peribunt, aſcendens in Libra optimus pro Aſtrologis faciendis, poetis, eoſq; in occultis facie peritos ſcientijs; Mercurij, Veneris, & Martis, eſt horum graduum ſtella naturæ.

De Trigeſimo Scorpionis Gradibus.

Caput XI.

SIgnum eſt fixum,fęmineum,domuſq;Martis,eius frigida humidauè eſt natura, vt aqua, hoc nullam ſuſcipit exaltationem ſignum, illud agreditur Sol 21. die Octobris, moramque ibi facit ad 21. diem Nouembris